



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Apotheca Spiritvalivm Pharmacorvm Contra Lvem  
Contagiosam Aliosqve Morbos**

**Wichmans, Augustin**

**Antverpiae, 1626**

Quarto Kalend. Iunij.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9653**

recepta inquit consuetudine, si medicus Parochum, aut qui infirmi  
curam gerunt, admoneat, ut ei sacramenta dentur. Quin & tene-  
tur (prout communis sententia habet) per se aut per alium, infirmo  
indicare quod suo iudicio morietur, quando probabiliter credit  
quod talis prænuntiatio multum erit infirmo utilis, puta, ut pecca-  
ta sua confiteatur, aut ut testamentum faciat, quo multas lites præ-  
cider; alijs peccabit mortaliter, quia damnum animæ & rerum  
temporalium non impedit in proximis, cum potest & debet.

c.25.  
Man. n.  
61.

Quarto Kalend. Iunij. 29. Maij.

Treuiris beati Maximini Episcopi & Confessoris, à  
quo S. Athanasius Episcopus, persecutionem  
Constantij fugiens, honorifice suscep*tus* fuit.

Videlicet cap.  
20. Apot.  
Spir. fol.  
120.

**I**nierfuit hic diuersis Concilijs, vt Sardicensi, Agrippinensi, cū  
S. Seruatio Tungrensi alijsque, cum quo à Magnentio tyranno  
ad Constantium Jmp. in Orientem missus est. Fuit natione A-  
quitanus, obiitque in patria sua, inde Treuiros per S. Paulinum  
successorem suum reuectus. Neque solum ab hoc Episcopo S. Atha-  
nasius fuit hospitio suscep*tus*, sed & in Belgio nostro à S. Seruatio  
Tungris omni officiorum genere exceptus est. Vrbem Treuirensim  
Ammianus Marcellinus sua ætate, Domicilium Principum clarum ap- 1.15.  
pellat; speciatimque Constantium filium, fratremque eius Con-  
stantem, Julianum apostatam, Valentinianum primum, Gratianum,  
Maximumque, sedem Imperij in Treuirensi potissimum vrbis fixis-  
se, passim eorum Rescripta ac res gestæ fidem faciunt; prorsus ut de illa merito cecinerit Ausonius:

Miratus  
in fast.

De claris  
viris.

Treuiriæque vrbis solium,

Imperij vires, quod alit, quod vestit, & armat.

Vicina, eiusdemq; pñne magnificentia (vt idem loquitur) fuit Vbio-  
tum ciuitas Ægrippina, hodie Colonia dicta; quam Germaniæ in-  
terioris Metropolim fuisse, ex libello prouinciarum imperij Romani  
constat.

Tungri verò veteres Galliæ Belgicæ populi, eorūque Metropolis  
olim dicta Aduatuca sua Aduacutū, à Cornelio Tacito, Plinio, Iulio  
Cœsare alijsq; celebrantur. Hodie exiguū est oppidū, vulgo, Tungræ,

D quod

quod olim longè amplissimum fuit, vt antiqua mænia seu muri, in agro suburbano extantes etiamnum testantur: vt non sit mirum ad has tres nominatissimas vrbes, missos fuisse à S. Petro Apostolo, tres sacrosistos Triumuiros, Eucharium, Volerium & Maternum (de quibus in Apotheca mea egi) qui sedem Pontificiam Treuitis statuerunt; vt è qua ciuitate ceu Regia, iura prophana reddebat, redderentur & sacra, fidesque Christiana facilius è fonte, in riuos dimanaret.

## I V N I V S.

14. Jun.

*Decimo octavo Kalend. Iulij.*

Vide cap.  
33. Apot.  
Spir. fol.  
256.

Panormi in Sicilia S. Roseleæ virginis ex sanguine regio oriundæ, quæ anno 1624. diuinitus inuenita, Siciliam à peste postmodum liberauit, & deinceps præseruauit.

**D**E hac sancta virgine deque gloria eius Inuentione ac sacro Triumpho Panormi exhibito alijsque miraculis, plura in dies expesto.

16. Jun.

*Sextodecimo Kalend. Iulij.*

Vide cap.  
36. Apoth.  
spirit. fol.  
190.

Misnæ in Germania S. Bennonis Episcopi & Confessoris, quem Bavaria tamquam fidelem contra pestem Tutelarem colit.

**T**Rithemius abbas, exposcente Georgio duce Saxoniæ, pro huius sancti canonizatione, ad Julium Papam inter cetera ita de hoc scripsit: Vita Bennonis sanctissima, plena virtutibus, à vetustioribus suisque contemporaneis luculenter habetur descripta, & multa quotidie in Ecclesia Misnensi ad eius tumulum fiunt miracula. Postea verò Hadrianus VI. qui solo Leone XI. intermedio, Iulium immediate secutus est, Bennonem, & Antoninum